

A † Ω.

Ad Exercitium Oratorium,

De

PROBATA IN BEL-
LIS, MARCHIACORUM
VIRTUTE NOBILISSIMA
instituendum,

Ex Capite Methodi Rhetorica, de Laude Rerum,

ab

ANDREA LIBERTO MÜLLERO,

Berlinensi Marchico

audiendum vero

In Acroaterio Majori Gymnafii Berlinenfis

Ad diem XXII. Januarii, Anni Illustriffimi, qui No-
vus Christiano FELICITER illucefcet orbi, CLXXVII.
Horâ Nonâ antemerid.

DNOS. PATRONOS FAUTORES ATQVE AMICOS
hujus vicinæque Urbis

Humaniffimè & eâ quâ par est reverentiâ
invitat

M. JOHANNES HEINZELMAN
Gymnaf. Berl. Rector.

BEROLINI typis RUNGIANIS.

Hist. Brandenb.

177, 15

Hist. Brand. 176, 20



Exercitus est similis corpori Humano, ubi
cum manibus conferuntur pedites, cum pedibus
equites, acies ipsa cum pectore & thorace, cum
Capite verò ipse Dux. *Plutarch. in Apophthein*
& *in vit. Pelopida.*

In milite unius fors est, in Imperatore uni-
versorum periculum. *Egesippus l. 5. c. 20.*

LECTORI BENEVOLO

*Saluberrimas Anni vices officiosè precor,
& iniquiores deprecor.*

Nter armorum strepitus, in manus traditorum nobis, honestis auspiciis & æquitate comite, culturæ Ingeniorum, non agrorum tantummodo, superat locus adhuc aliquis. DEUS fuit, qui fecit propitius ista & clementissimè indulget oia nobis, miseratus cõditionem indignissimam, in quam nulla nostra vel levissima culpa nos, sed atrocitas metuum, incumbentium tergo & laceffentium undiquaque, invitos profectõ afferuit. A nullo deserti prius, deseruimus neminem, nec tranquillis sedibus excivimus hostem, nostris sedibus relictõ modò, neque laceffivimus quenquam, non laceffiti antea: quin rerum potitis jamante, quando idem agere principes quorum maximè intererat, omnes aut palã, aut fugiẽdo videremus, egimus id etiã, ut prudener legitimè que à Fortunã offenso Potentiori, arma deniq; nostra cum dextris & fide, si consuli publicæ posset paci, pacis studio jungerẽtur. Angustias enim supremas expectare, & ubi ante portas Hannibal, cunctari turpiter velle, non insidiosissima modò, sed pestifera & noxia res est. Neque etiam media & tutior via, geminas eventu vindice librare vires, sed nulla propemodum est. Nusquam inveniunt gratiam, qui duas sunt inter partes penduli, & in nullos quam in seipos atrocius quicquam statuerunt. Aliud Marchiaca, vivacissima illa & nulli ignavæ dedita operæ, Industria & virtus, sibi comparandum agendumque censuit meritò; dum veteranas copias victoriis assuetas Germanis & diuturno bellorum usu duratas Imperatorum totidem militumque manûs furori effreni cuicunque hostium opposuit. Non succurrere ditionibus suis maturè, & à cervicibus depellere vim illatam

latam, clivosa vereri atque ardua, & puteum tum demum fodere
ubi fitis fauces tenet, ubi inundati sanguine civium campi, ubi
excidio urbes & ruinis datae sunt, ipsisque templis haud tempe-
ratum fuerat; tantum abest ut providum piumque dici mere-
atur, ut potius in jura divina humanaque injurium, & proxi-
mum sacrilegio crimen sit. Imago dirissimorum status sui tem-
porum, quando obversatur Procuratori Regionum fideli, con-
tra audentius eundem, & ipso facto maturatoque opus sane.
Quae quidem res, nisi magnis laboribus, periculis, impensis, vi-
giliis atque sudoribus, constare haud potest. Qualia cum ex-
antlarit PATRIAE PATER, communisque Servator suorum his in
terris subditorum, ad Warsaviam Massoviorum haud ita pridem,
non potuimus delibuti gaudio, quin Laureas istas triumphosque
& victricia arma celebrare tum, pro nostris opibus, publice an-
niteremur. Ex qua re ingeniosus ductilisque, & formarum omni-
um capax Juvenis ANDREAS LIBERTUS MÜLLERUS Berlinas ex Mar-
chiacis, exemplum decerpit sibi non poenitendum. Deque
FORTI MILITE MARCHICO Exercitii gratiam orationem compositam
ex memoria recitare in animum induxit. Et licet aliena a studiis
nostris & majora viribus affectare, suaque praecipitare temere
vota, & maximam totidemque palmarum rem transvolare, & le-
viter attingere tantumque non irreligiose videatur pluribus con-
tractare; Amor tamen in Patriam universam, eosque quibus a-
nimos Generosa Indoles Propria Marchiacis domesticaque in-
spiravit, ut victoriam sanguine partam turpi & indecorae semper
praeposuerint fugae, mollitiei & formidini; veniam aetatis con-
cesserit facile, ac ad conatum hunc, exercitii, inquam, loco lau-
dabiliter susceptum, toto licet audiente exercitu, suppeditarit.
Vos, Patrocinum, Patroni & Amici omnium Honoratissimi or-
dinum. non legendo duntaxat ista, sed praestitutam ad horam
benigne auscultando, Juventuti ejusdem & omni nostrae
studiose, haud gravatim adjungite.

OMNIA. AD. NOMINIS. JESU. GLORIAM.